UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

aliorum à Religione reuocatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-51314

Visual Library

communi exitu ſinire non meruit, &c. Ana-
4. Act 5.1. nias vero & Saphira reſeruantes partem quan-
dam ex his quæ poſſederant apoſtolico ore
morte mulctantur. Quod autem id ſactum ſit
ab vtroq; poſt factam de voluntaria pauper-
tate ſponſionem docet S. Baſil. ſer. de inſtitut.
monach.

DE POENIS EORVM QVI LIBE-
P. Platus li. 3. de bono ſtatus Religioſi, cap 35. *ros vel propinquos à Religione reuocant at-
que hac ratione cum dæmone conſpi-
rantes cum Deo bellum ge-
runt.*

1. Greg. Turon. PONtianus ſeruus hominis feri ac barbari,
cum diuina charitate incenſus ad mona-
ſterium profugiſſet, heruſq́; illum repetendo
inſtaret, nec negari poſſet rem ſuam exigenti,
repente excæcatus eſt (herus). Itaque ſtatim
pœnitentia perculſus, vimq́; numinis agno-
ſcens haud grauatè conſenſit, vt in Dei obſe-
quio remaneret. Neq; tamen lumen ante re-
cepit, quàm ei Pontianus manus impoſuit, vt
eo manifeſtius cæcitatis cauſſa appareret.

2. lib. 1. de virg. Ambroſius puellam commemorat, adhuc
viuentem cum ipſe hoc ſcriberet, nobilem ſæ-
culo, poſtea multo nobiliorem Deo, cum re-
ligioſæ vitæ amore ad altare confugiſſet, in-
ſtarentq́; propinqui, & ſponſum offerendo,
& diuitiarum commoda proponendo, ſe-
per conſtantem & inuictam perſtitiſſe. Et
cum vnus præfractius vrgens dixiſſet, Quid
ſi pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi pater tuus viueret, ante innuptam viuere pateretur? reſpondiſſe eam, Et ideo fortaſſe mortuus eſt ne impedire poſſet. Neque vero multum temporis interceſſiſſe cum hic qui ita inſtabat, morte ſublatus eſt, tamq; perſuaſum fuiſſe omnibus ob hanc cauſſam eſſe ſublatum vt cæteri, idem ſibi quiſq; metuentes, fauere cœperint, qui antea tãtopere repugnabant.

vi exc. 2. in loco de Parentib. &c.

RELIQVIAS SANCTORVM *violantes puniuntur.*

CVm Caluiniſtæ Turonis oſſa S. Martini in ignem conieciſſent ad internecionem cuncti à Catholicis miſerrimè bis fuere conciſi, vlciſcente Deo iniurias ſanctiſſimi viri.

Tho. Boz. de ſig. Eccl. Tom. 2. ſigno 96. c. 3

SACRILEGORVM POENAE.

I. Iuſt. lib. 8.

PHocenſes templum Apollinis occupauere, inde auro & pecunia diuites conducto mercenario milite bellum Thebanis intulerunt. Contra hos Thebani Theſſaliq; Philippum Macedoniæ Regem ducem eligunt qui quaſi ſacrilegij vltor eſſet, omnes milites coronas laureas ſumere iubet, atq; ita veluti Deo duce in prælium pergit. Phocenſes inſignibus Dei conſpectis, conſcientia delictorum territi abiectis armis fugam capeſſunt, pœnaſque violatæ religionis ſanguine & cædibus ſuis pendunt. Recte ergo Baptiſta Fulgoſius ait: Gentilium religio etſi à veri Dei cultu pluri-

Prædones templorũ puniũtur: ſeu bonorum Eccleſiarum inuaſores raptores, & vſurpatores diuinitus immiſſa vindicta percellit.